



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Clericus penult.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

plendum esse, & postea solutum repeti, ut de usu-  
ris solutis dieatur in e. *Debitores* 6, *sup. eod.* Ita ta-  
men, quod ratione juramenti jurans protestetar  
se solvere: alioquin si sponte solverit, censebitur  
per hanc solutionem spontaneam purgasse om-  
nem metum, l. 1, C. *cod. tit.* *Quod metu causa. Secus*

*puto, ubi quis dolo ad versarii ex falsa causa indu-  
ctus juramentum præstítit; nam hoc casu magis  
potius juramentum non valere, quod consensu  
defuerit in jurante, per text. in l. In causa cognitione  
17, circa princ. D. De minoribus.*

## In Cap. Clericus penult.

## S U M M A R I A.

1. *Testimonium testis sub juramento alteri prius præstato non subsistit.*
2. *Juramentum non extenditur ad ea, super quibus non fuit juratum.*

**H**ac Decretali Clericus, qui in statuta Ecclæsia juravit, & postea per idem juramentum promisit, se alind subsequens statutum servaturum, non tenetur vi eiusdem jura-

menti ad hoc statutum. † Unde eleganter sit, non valere testimonium testis, qui depositus sub juramento, quod domino suo vel alteri antea præstítit, eo quod hoc testimoniūm iniuratum sit, subsequenter non subsistat, per h. text. *junctio cap. Numeri 31, sup. De testib. & l. Jurisjurandi 8, C. eod. tit.* † Quomodo enim illud sub juramento 2 antea præstito contineri dicemus, de quo minime tempore præstiti juramento fuit cogitatum? *cap. Veniens & ibi latius dixi sup. eod.*

## In Cap. ultimum.

## S U M M A R I A.

1. *Juramentum voluntarium qui deferant, & quid operetur*
2. *Juramentum necessarium defertur in supplementum probationis.*
3. *Iudiciale quis defrat, & an delatum recusari possit.*
4. *Actore nihil omnino probante an reus cogi possit ad jurandum.*

**H**oc Cap. agitur de juramento decisorio, hoc est, quod ad decidendam litem pertinet; quod tunc sit, ubi à parte parti, vel à judice juramentum defertur. A parte parti defertur juramentum vel extra iudicium, vel in iudicio. Extra iudicium, cum ex conventione pars parti offert juramentum in causa inter se controversa, quod & idcirco Voluntarium dicitur, l. 2, & passim D. *De jurejur. & in §. item si quis Insistit. De actionib. quibus locis dieitur*, hoc juramentum habere vim transactionis, solutionis; adeoque maiorem, quam res judicata habet, paritque exceptionem reo, si is juraverit, §. *aque si debitor Insit. De except. sua actor, actionem in factum, l. Alteri 8, C. Dereb. cred. aut actionem ex ipso contractu juravit actor, l. Si duo: 3, §. si quis juraverit D. De jurejur. de quo tamen hoc Cap. non agi-*

*tur, sed tantummodo de juramento Judiciali, quod scilicet defertur in iudicio, vel ab uno litigantium alteri, vel ab ipso judice, in defectu probationis.*

*Et hoc à judice delatum dicitur Necessarium, quia id necessarium defert judex, quando de justitia causa addubitat, propterea quod videat actorem pro se habere unum testem, vel aliam præsumptionem, ita ut hæreat judex, actor nean reus meliorem causam lovet: tunc enim quia iniquum esset, reum planè absolvere, vel condamnare, inductum est à iure hoc juramentum, ut id judex alteri litigantium, actori videlicet vel reo, pro personarum & causa circumstantiis deferas, l. In bona fidei 3, C. De reb. cred. & text. hic in fin. arque idcirco vulgo hoc juramentum Suppleriorum appellatur.*

*Alterum vero, quod in iudicio à parte defertur parti, Judiciale dicitur, non quod necessarium non sit judiciale, quia & id in iudicio deferrur, sed denominatio specifica: ut si sit & in adoptione, quæ ut distinguatur ab arrogatione, quæ illi, qui sui juris sunt, adoptantur, nomen adoptionis remanet in adoptatis, qui alieni iuris sunt, tit. *Insit. De adopt. in princ.* Hoc igitur juramentum iudiciale defertur in iudicio à parte parti, sed approbatam iudice, l. pen. §. sed juramento C.*

T.

De.